



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Gregorius Nazianzenus. 9. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

suum fugiens, inter sacras peregrinationes consenuit, in hospitali denique pauperū domo, quam suis impensis erexerat, mortuus. Corpus nondum extabuit, suaque integritate fratribus calumniam etiam in tumulo refutat. Ex Phil. Ferrar.

Qui orationi vacare desiderat, suasque postulaciones offerre altissimo, sic se componat intus coram oculis Domini, ut non minus ipse, quam ejus acceptabilis fiat deprecatio. Non placet Deo orationis sacrificium, nisi placeat prius ipse, qui offert. B. Laurent. Justinian. Fascic. Amoris cap. 15.

S. GREGORIUS NAZIANZENUS.

9. Maii.

GREGORIVS à patriâ NAZIANZENVS, ab eruditione posteà THEOLOGVS dictus, cùm studiorum caussâ Athenas peteret, gravi tempestate jactatus, proximè ultimum vitæ discrimen fuit. Quis credat? quò felicitatis venti secundi nunquam tulissent, adversi tulerunt. Cùm enim vivisset, si ex his undis emergeret, sanctioribus Baptismi aquis caput mersurum, & vitam inter Religiosos acturum, illico cælum arrisit, & damnatus voti GREGORIVS navim non tam ad terram, quam ad cælum appulit. Porro Athenis commoranti uno eodemq; tempore & castitas & sapientia visendam se dederunt, & amanti ambæ lubentes nupserunt, puto ut arguerent juventutem nostram, quæ sine animi puritate sapientiam ducere nec quicquam allaborat. Exinde ut in studiis, & legibus monachorum condendis, ita etiam in bello contra Arianos Magno Basilio socius fuit; afferus in ipsum Julianum, in quo adolescente etiamnum Athenis tyrannum latere edixerat, palam & scribere,

9. Maii.
es con-
o, quam
ondum
mniā

stulatio-
m oculis
bilis flat
m, nisi
ftinian.

N U S.

erudi-
m stu-
pestate
en fuit.
di nun-
im vo-
as Bap-
er Reli-
nnatus
erram,
mimo-
sapien-
luben-
em no-
ducere
iis, &
in bel-
it; au-
etiam-
am &
ribere,

10. Maii. VITÆ SANCTORVM. 237
scribere, & dicere, sævientis vulgi & saxa in se
conscientis clamores velut plausum accipiens.
Sed & Pontifex jam Byzantinus sicario, ab hære-
ticis in necem suam subornato, facilis veniam de-
dit: pōst tamen gravibus iterum seditionum flu-
ctibus agitatus, missâ urbe ac infulâ, in villulâ
patriâ malaciam, in morte denique anno CCC.
LXXXIX. portum reperit. Ex Greg. Presb. apud Sur.

*Cordis contritio optimum est ad percipiendam mun-
ditiam medicamentum. Mox ut germinare inchoave-
rint fœde cogitationes, compunctionis gladio interimat-
ipsas, qui cordis sui Christum cupit habere possessorem.*
S. Laur. l. de cast. Connub. c. 13.

SS. GLYCERIA & LAODICIUS MM.

10. Maii.

GLYCERIA Macarii III. Consulis F. sexūs sui
miraculum, utriusque exemplum, Antonini
imperio Trajanopoli & Heracleæ triumphavit.
Lampodophoria celebrantibus impiis, ipsa fron-
tem cruce insignita in publicum prodiit, nega-
vitque aliâ lampade sibi opus esse, cùm crucis ra-
dios nec ipse quidem Jupiter marmoreis oculis
laturus sit. Fecit dictis fidem comminuta extrem-
plò statua, neque ad vindicandam injuriam satis
potens, cùm frustillatim in GLYCERIAM jactare-
tur, trepidantibus fragmentis munitam cruce He-
roidem contingere. Ferocior tamen Jove suo Sa-
binus præses fuit, & è cornâ pendulam lancerari
ungulis jussit, temperante cruciatus Angelo, &
sua in carnifices tormenta regerente: qui deinde
etiam in carcerem abreptæ compedes dempsit,
mensam epulis instruxit, fornacis incendium ex-
tinxit, detractam capiti cutē restituit; quam cùm

LAODI-